

¶ **T**Ordo Seruorum Beatae Mariæ confirmatus fuit & inter Mendicantes connumeratus ab Alexandro. 4. anno salutis circiter millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, ut refert Pater Emanuel Toni. 1. qq. regul. art. 6. Et q. 55. art. 3. dicit Pium. 5. in constitutio-  
ne iam citata inter Ordines Mendicantes, Or-  
dinem Seruorum Beatae Mariæ constituisse:  
& similiter sicut Ordinem Minimorum ea con-  
stitutione declarasse esse Mendicantem, & om-  
nia Mendicantibus concessa privilegia & in-  
dulta Minimorum Religioni communicasse.  
Atq; ita id ipsum credendum esse Ordini Ser-  
uorum Beatae Mariæ concessisse, cum eam in-  
ter Mendicantes connumerauerit.

## DE ORDINE SEV CONGREGA- tione Sancti Hieronymi Iesuitorum & eorum com- municatione cum cæteris Mendicantibus.

¶ **V**rbanus. 5. Summus Pontifex anno Do-  
mini millesimo trecentesimo sexagesimo  
septimo, hanc Ordinem confirmauit. Dicun-  
tur autem huius Religionis professores Iesui  
te ob frequentiam quam huius nominis Sæ-  
cillimi Iesu in ore gerebant: & dicuntur Diui-